



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propugnaculum: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ferdinandus de Riuera n. 109

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

riuit ? Nullatenus vacuum Nomen IESVS in illa extitit familia, vt de aliquibus veteris Testamenti aiebat Bernardus : illa enim Vocabula in illis nec lucent, nec pascunt, nec medentur, sicut in nostro IESV, verba sunt Bernardi. At vero in Societate IESV palmitibus non ita, sed frondes, flores, & fructus vberrimos parturiunt, sicut in nostro IESV; lucent in verbis, pascunt in exemplis, & languores animæ suis medentur scriptis. Sic illè.

Flores enim, & fructus vberrimos parturit.

109. * A FERDINANDO DE RIVERA, Socio ac Secretario R. P. Generalis sue Illustrissimæ Religionis in Concione, quam habuit in Templo nostro Matritensi, qui postquam asseruit, Christum Dominum Societatis contractum (seu vt vulgo dicitur Trato de Compañia) cum Ignatio iniisse ad animarum lucrum acquirendum, hæc habet fol. 21. col. 1. Est tamen impossibile recensere fructum quem illa protulit, & innumerabile lucrum animarum, quo gaudet Ecclesia eius causa : dicat illud Sacramentorum, Confessionum, & communionum frequentia, multitudo hominum, qui Religionem profitentur : dicant Hæretici conuicti in Germania, Angliæ, & Gallia : dicant Gentiles ad veram fidei notitiam in vtraque India reducti. O quam bene conuenit IESV Societati, quod de Æterna Sapientia dixit Sapiens, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Omnia bona (addit col. 2.) ad tria genera reducuntur, ad bonum honestum, vtile, & delectabile. Quæ omnia pariter inueniuntur in Ecclesia per hanc sanctam Societatem IESV, & per manus illius. Honestum; in prompta obedientia, perfecta charitate, humilitate profunda, laborum, ac Martyriorum tolerantia, alijsque virtutibus. Vtile: (subdit fol. 22.) in eruditorum, ac sanæ & Catholicæ doctrinæ voluminum editione, scientiarum omnium in omnibus Academijs per eam suscitato splendore, confessionibus, ac concionatoribus, Congregationibus sæcularium Equitum, & Ecclesiasticorum, alijsque pene innumeris. Delectabile: in

Innumera- biles fru- ctus ex illis secuti.

Præcipue in Hæreticis, & Gentilibus re- ndis.

Sap. 7. 11. Bona honesta, vtilia, & delectabilia Ecclesia attulit.

Tem-

Templorum eius nitore, domorum munditia, Altarium ornatu, afflictorum dulci congressu, ægrotorum solamine, in eo denique quod omnibus se accommodans, cum dolentibus doleat, & gaudeat cum gaudentibus, omnes speciali lætitia afficiendo, &c. *Hæc inter alia multa additissimus Societatis Encomiastes.*

Religio
magna, v-
triusque
Ecclesiæ
felix læti-
tia.

Isai. 60. 15
Multo irri-
gata san-
guine.

Instar auri
laborū igne
perpurgata.

Arbor tota
ex auro in
æternum
duratura.

110. * A SILVESTRO DE SAAVEDRA in *Approb. Relectionis Sacre pro celebratione primi sæculi Societatis, habita in Collegio Gaditano à P. Thoma Legionensi mira eruditione, Hispalique typis editæ ann. 1640.* Magna (inquit) Religio, sæculi huius superbia (Ponam te in superbiam sæculorum) vtriusque orbis, siue Ecclesiæ vtriusque felix lætitia, sic effulsit, ac si sæcula vixisset innumera, non bene perpensis Catholicæ Monarchiæ lucris: tanto irrigata sanguine primum eius sæculum aureum emerfit: eaque instar auri laborum Christiano perpurgata igne, splendens, ac purissima: plantataque iuxta persecutionum aquas. Arbor tota ex auro in æternum duratura; securius sane quam de suo Augusto Platano vaticinabatur Marcialis:

*O dilecta Deus, ô magni Cesaris Arbor,
Ne metuas ferrum, Sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores,
Non Pompeiana te posuere manus.*